Institutio vite sacerdotalis dn̄i Joannis tritemij abbatis

spanhemensis ordinis diui patris benedicti mogūtinen
sis diocesis Ad nicolaum presbyterū [redacted] Tre
uerensis diocesis.

Cæsar
fr N. B. profess. hemē
Anno 1608.
Ovid. Eximia virtus

Thomas ruscher de ganmūdia
sacrarū lrāꝝ ꝓfessor. in ecclesia magūciensi euāgelici verbi indignus p̄dicator. benefamato et katholico sacerdoti nicolao mernicensi Salutē ꝑpetuā Ne ante illū a quo om̄e datū optimū et om̄e donū pfectū. in gratijs ferendis gelidus videar doctissime nicolae. Occurrit in primis scriptura deutronomij. xxx. Vitā et mortē dedi ante faciē tuā. Gratias habeo qr hodie huic etiā cōdonat. qui ei q̄ vera est vita adheret. Ei dico: qui meis nuper tēporibus inspirauit in faciem cuiusdā. spiraculū vite noue. pro quo gr̄as omniū reddo creatori. Et tibi o pater laudate intelligentie tritemij. eo q̄ non solū tibi ipi vitā elegisti: sed et meā multorūq3 ut viuāt. vitā instituis. tuo in tam florido institutionū opusculo. qđ mox ad me vsq3 latū esset. Nec alijs locū adhibens. veluti vite spiraculū egens. mentis affectu animiq3 desiderio quousq3 introspicerem. Sed q̄d o laudate intelligentie pater? Quid ꝑ hoc tuū institutionū tā floridū opusculū in me tibi deditissimo effeceris. quidue hoc inter legēdū senserim: meos coetaneos nec latitare velim? Nam cū ad interiora ipius ꝓcederem: ita in me floruit: ut meas maderet genas. O frater mernicensis nicolae orationi et charitati iunctissime. q̄3 felix q̄3 sancta pro hoc florido fuit opusculo petitio tua. O christi sponse vir atq3 fili mernicensis nicolae et dei confessor. q̄3 necessaria in hoc que cōtinent̄ opusculo potissime in his tempestuosis sunt nunc temporibus. vbi fides christiana noxijs erroribus q̄ passim seminātur et pollulāt. laceratur et opprimitur. Necessaria dico supra modū. Nā florida sacerdotalis peregrinacōis abiecta institutione om̄ia vicia ignominiaq3 exurgūt. Scio nāq3 maioꝝ nostroꝝ tradicōne animā hominis intellectu rerūq3 scientia veluti esca quadam nutriri. recte eoꝝ animos arbitror qui nullis disciplinis. nulla morū aut vite institucōne eruditi sūt. nihilq3 bonarū artiū hauserūt. ieiunos et quasi famelicos esse. plenos tamen et illorum animos sed vicijs et nequicia Eya

nicolae scito. mihi meisq3 psuasũ velim coetaneis ad hoc floridum nos ad integrũ diuertere opusculũ. Nam p hoc nõ solũ criminis vitare penã. sed ꝛ laudacõnis possumus gratiã obtinere. Huic em̃ qui animi odoratũ non acco modat cito dabitur in ruinã. quapropter hocipm ante pri mã lrãꝝ eius impressurã mihi fructuosum esse nõ igno ras. Maxime dñ p laudate intelligentie patrem et dñm dñm iohannẽ tritemij spanhemensis abbatẽ: non minu to sudore cõgessit cõpilauit atq3 tradit. Qui varia lrãrũ gratia: multo q̃3 ego sum abundantior est. qui vigil inge nio. paratus eloquio. flagrãs studio. et vtilis paterfami lias in domo dñi. Qui florido eius opusculo sancte vite institutionẽ ministrãs: et me infirmũ simul omnẽ imperi tũ doctũq3 clerũ erudit ad cautelã. Que certe vite institu tio o frater si nobis deest. quis oro viuere nos iudicat? Hec eya nicolae nobis si defuerit. digni non sumus. In hac nãq3 ad plenum queq3 nobis adeo subministrat: ut absq3 his vita dignus nemo est. Nam si iuxta reuerendi in dño patris nostri tritemij floridam institutionem. que in manu est. nosipos quoad hic viuimus ad integrũ sta tuerimus. salus nobis vera veraciterq3 pmittitur: que et nullis vnq̃3 aufertur q̃ digni vita viuũt. Digni itaq3 cũcti ut habeantur taliter iuxta in hoc florido opusculo tradi ta vitã instituere necesse habent: qua non moriantur. sed ppetuo amplius viuãt. Quod dignissime nicolae cõpre hendere ut possis Uale semp in eo qui vniuersa creauit. et nos qui viribus nostris stare nõ possumus sua mise ricordia conseruet Amen. Date in studio Magunciensi Anno salutis nostre Millesimoquadringentesimonona gesimoquarto Mensis octobris. die vero eiusdẽ. xxij.

Johannis tritemij abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti. de vita sacerdotū ad nicolaum mernicensem presbyterum tractatus exordium sumit.



Etis a me nicolae frater amātissime. et crebris epistolis instas: ut tibi formā in sacerdocio laudabiliter viuendi. stilo cōmendem. Supra vires ingenij me laborare cōpellis: morsibusq emulo℞ lacerandū exponis: qui me ex hoc p̄sumptuosum iudicabūt: q viā quā ip̄e necdū ambulare didici: tibi velim demonstrare. Et quāq se res ita habeat: malo tamē emulacōnis subire iudiciū: q̄ charitatis in te mee ferre detrimentum. Tanta em̄ dilectione te semp colui: ut negare tibi quippiā postulanti nunq̄ cōsueuerim. Cupiens itaq satisfacere p̄cibus tuis. normā viuendi ex scriptis sancto℞ tibi commendare volui: non q statui tuo prorsus ex omni pte sufficiat: sed p qualicūq principio ad honestā cōuersatione te si velis inducat. In primis itaq te moneo ex diffinicōne noīs: statum pensare indicte cōuersacōnis. Etem̄ dicimur clerici: quotquot in sortē dn̄i sumus specialiter electi. Interp̄temur itaq vocabulū noīs: et intelligemus qualitatē p̄cepte honestatis. Cleros etem̄ grece: sors interp̄tatur latine. A cleros ergo clerici: in dn̄i sortem dicūtur electi. Si nos igitur in dei sortem vocatos agnoscimus: cur adhuc mūdo militamus? Ad q̄d in terra morientiū hereditatē querimus: qui deū se nobis pollicentē hereditatē expectamus? In veteri nāq testamento legimus dn̄m sacerdotibus et leuitis p̄cepisse: ne inter filios israel fratres suos acciperent hereditatem: eo q ip̄e hereditas esset eo℞. Nūc ergo si esse te clericū existimas: debes a ceteris hominibꝫ excellentia cōuersationis honestior incedere: et mūdi huiꝰ perituras diuicias minime amare. Q si animū tuū seculi hereditati submiseris: extra sortē dn̄i. cū insipientibus colloceris. Non enim dignabitur te dn̄s inter electos suos

redpere: si post aurum abiens. mundū decreueris amare. Turpissima est in sacerdote christi auaricia: que seruū dei ministrū facit idolorum. Hec si animū tuū semel ceperit: nunq̄ sui cōpotem amplius dimittit. Nemo enim potest duobus dn̄is dissentientibus seruire. Non potestis inquit deo seruire. et mămone. Nō poteris bonus esse clericus: si fueris auarus. Scio autē et longa experientia tecū cōuersando didici. quoniā natura parcū te genuit: caue ne donū gratie ad fomenta cōuertas auaricie. Enīuero qui volunt diuites fieri in hoc seculo: frequenter temptacōnes incidūt diaboli. Oportet aūt ministrū dei segregatū esse a sollicitudine mūdi: quia nō potest ad deū ire mens libera: si terrenis curis fuerit implicata. Hinc coronas rasas portamus in capite: quatenus abiectis sup̄fluitatibus libere ad deū ascensum paremus in cogitatione. Crines nanq̄ capitis: sup̄fluitates terrene designāt actionis. Et sicut ex sup̄fluitate humoris crines capitis p̄ueniūt: sic ex amore pecunie sollicitudines mūdi crescūt. Cū ergo crines capitis in modū corone abradimus: monemur ut misterio dei a p̄plicati. oīes curas mūdi contemnamus. Sicut autē caput p̄s est eminentior corporis: ita mens vis sup̄ma rationis. Idcirco autē coronā gestam⁹ in capite: ut terrenis curis absoluti. ad dei cōtemplationē liberius eleuemur in mente. Unde et nos claustrales qui monachi dicimur. coronis amplissimis ornati. crines pautiores in capite relinquimus: vt nos actiue vite mortuos in cōtemplatione celestiū vacare p̄amplius ostendamus. Attende nūc diffinitionē nois: et cura cōdignis vite meritis sorti respondere superni conditoris. Omni custodia serua cor tuū ne te in p̄fundū auaricie demergat cupiditas: ne libidinis ardor animū tuū cū peccatoribus in scenū luxurie detrahat: ne superbie fastus te ad inferos sine fine cruciandū secum trahat. Caue ne p̄ huius mundi curas a sorte dei decidas: caue ne famā boni nominis perdas: caue ne in via contemptoꝝ dei p̄gas. Ruinas multoꝝ in circuitu sacerdotum considera: et de tuo semper periculo simili formida.

Nusq̄ inter mortales securius viuitur: q̄ si periculū semꝑ timeatur. Unde scriptū est. Beatus homo q̄ semꝑ est pauidus: qui autē mentis est dure: corruet in malū. Enimuero periculū qui timet. cauet: qui negligit. incidit. Oportet ministrū christi. sacerdotē dei. virū esse nō puerū: ut sciat et intelligat quale onus susceperit: pro cuius admistratione in districto dei iudicio sit redditurus rationem. Sit ergo prudens. sobrius. castus ꝛ quietus: sit pudicus. benignus. mansuetus: ut qui plebis indocte p̄ceptor cōstituitur: nullū de sua cōuersatione contemptū patiatur. Sacerdotis est interrogatū respondere de lege: vicia subditorū ꝑ verba sancte p̄dicationis cōstanter arguere: et nulla ꝓ veritatis amore aduersa formidare. Oportet eū qui sacerdocio in populo dei fungitur virū doctū esse in lege diuina: ut sciat in tempore noua ꝓferre et vetera: ne inter canes mutos nō valentes latrare. officij sui p̄dat dignitatē. Tuum nūc est o nicolae aliorꝫ vicia sedula monitione arguere: et te vicijs alienū exhibere: ne si viciosus crimina arguas: temet ipm damnandū reddas. Nemo em̄ in alio cōfidenter potest rep̄hendere: qd̄ se cōscientia teste meminerit cōmisisse. Oportet ergo illū esse irrep̄hensibilem: qui aliorꝫ peccata sedet iudicare: q2 qui in se cōmittit qd̄ in alijs arguit: non emendat. sed ꝓuocat. Sed multi hodie inter sacerdotes hypocritis similes inueniūtur: qui delinquentibus in leuioribus fratrib3 irascūtur: et sibi nolūt a quoq3 indignari. Misera humane fragilitatis cōditio: peccatorē peccator cōdemnat: et disparem fert in pari crimine sententiā. Mentiar si nō multotiens proximū suū de fornicatione arguit adulter: pauca in alio vicia cōdemnat iudex in multis viciosus: et ut suā prauitatē occultare valeat: omniū delicta manifestat. Contra quē a dn̄o dicitur. Hypocrita: eijce primū quē gestas trabē in oculo ꝓprio: et sic festucā videas in alieno. Quid furem rep̄hendit sacrilegus: viciosum sceleratus cur arguit? Infructuosa ꝓrsus omnis erit correctio: quā vite cōmaculat equalis turpitudo. Ut igitur careas hypocritarum opprobrio: caue alterius cor-

A iiij

rector in simili delinquere peccato. Nunq͡ȝ fiet vtilis cor-
rectio in subditis: dum is qui post publicas submittit col-
la peccatis. Eniuero ius correctionis amittitur: quando
correctoris cõuersatio subditorum vicijs inquinatur. Sacer-
docij vilescat auctoritas: si honestatē cõuersationis publi-
ca corrūpit iniquitas. Omis igit correctio in suo auctore
sumat exordium: et sic denū secura procedat in publicū.
Suspendat correptionis ad tempus sententiā: quē in cri-
mine simili cõscientia ꝓpria remordet. Corruptus iam est
ut plurimū status credentiū: et est sicut populus sic quoq͡ȝ
sacerdos: oēs auaricie student. a maiore vsq͡ȝ ad infimū.
Ue genti peccatrici: que semꝑ ad grauiora prolabit: dū
pari delicto noxios suos iudices intuetur. Ad tantā nūc
miseriā deuenit auctoritas ecclesiastica: ut sacerdotū ver-
ba iubeamur amplecti nō facta. Dicunt em̄ de semetipis
infelices p̄sbyteri. inquinacõnis sue testimoniū ꝓhibentes
Eruditionis nr̄e verba vos o christifideles attendite: ex-
empla cauete. O verba cõfusione sempiterna dignissima:
que quantū ex doctrina erudire populū dei debuerāt: tan-
tū ex operibus ꝑuersis scandalisant. Indocti. rudes. iam
sine discretione meriti ad sacerdotiū veniūt: qui moribus
suis pessimis christi oues infeliciter occidunt. Nulla iam
in ordinādis clericis vite sanctitas requirit: lr̄arum eruditio
nulla postulatur: cõscientie puritas nō attenditur. Suffi-
cit apud eos. si currentē sortem possint cõstruere: si cuius
partis orōnis sit dn̄s respondere: si ita et non intelligere.
Ue nr̄e tempestatis ep̄is. qui secularibus negocijs intēti
ordinacõnes clericorum non cõsiderant: sed curā examinādi
imperitis locant: q͡ȝ districtā sunt subituri sententiā: qui
se tocius in ecclesia mali exhibent causam. Eniuero cum
oporteat sacerdotē fideliū doctū esse et sanctū: qua teme-
ritate imperiti ad sacerdociū veniūt: qui nec se nec alios
erudire possunt. Neq͡ȝ em̄ sine doctrina bona in clerico
vita sufficit: neq͡ȝ doctrina sine vita populū salubriter eru
dit. Nam doctrina sine moribus doctorem perimit: vita
sine doctrina inutilem facit. Latratu siquidē canū et ba-

culo pastoris: rabies luporum fuganda est. Pastor itaq̃ ecclesiasticus p vitã bonã omibus suis exemplum iusticie prebeat: p salutarẽ doctrinã mentes auditoꝝ pascat: ne si vnũ sine altero faciat: vel se negligat vel gregis curã infructuose agat. Heu q̃d dicã de sacerdotibus nr̃is indoctis et viciosis: auaris. luxuriosis ⁊ pessimis? Pudet me loqui: et silere nõ valeo. Prospice tibi nicolae charissime ne imitator eoꝝ fias. qui cõtemptis codicibus scripturarũ. ludis et potacõnibus diem totũ vacãt: qui se mulierũ cõmixtionibus maculãt: qui prauis suis moribus. multos in lege dei scandalisant. Esto in populo dei honestatis exemplar: in omĩbus quantũ fieri potest te irrep̄hensibilẽ exhibeas: ut omnẽ de te male suspitionis occasionem tollas. Oportet em̃ testimoniũ haberi. etiã ab his qui foris sunt: quia p̄dicantis sermo facile cõtemnitur: cuius vita malis suspicõnibus in populo notatur. Teip̄m itaq̃ bonorum operũ cultorẽ exhibeas: quatenus populũ dei non minus exemplo q̃ȝ sermone informare queas. Quod ut salubriter possis pficere: cõsorcia indisciplinatoꝝ cura declinare: qꝛ vix sine rep̄hensione viuere sufficit: qui maloꝝ cõsorcia nõ fugit. Dicit em̃ scriptura. Cũ sancto sanctus eris: et cum puerso puerteris. Et iterũ. Qui tangit picem. inquinabit̃ ab ea. Unusquisq̃ ꝓpositi sui delectatur habere cõsortes. Si igit̃ bonus es: bonoꝝ ama consortiũ. Nam si pedem tuũ a cõuentu malignantiũ non ꝓhibueris: subditoꝝ detractionibus omĩ tp̄e subiacebis. Facile decipitur iuuenilis animus cõsortio puersoꝝ. Juuenis es. et in vtrãq̃ partem flexibilis: idcirco summa tibi diligentia inuigilandũ est: ne indisciplinatoꝝ consortio depraueris. Nihil em̃ sic iuuenibus nocet: queadmodũ praua exempla seniorum. Quanto vero iunior es. tanto tibi maiori sollicitudine curandũ est: ut vitã tuã in syncericate timoris dñi custodias Scriptũ est em̃. Adolescens iuxta viam suã: etiã cũ senuerit non recedet ab ea. Quod iuuenis didiceris: in senectute practicabis.

De fugiendo cōsortio mulierū. Cap. ij.

De feminarū autē familiaritate (que sacerdotibus dei perniciosissima est) quid dicam: cū decreta sanctoꝝ patrū hanc illis districta satis ꝓhibitione interdicant? Si tibi beatissimi patris hieronymi monita ꝑscripsero: ilico exclamabis. Domū gubernare sine ministerio famule nō valeo: cibos mihimetipsi parare non sufficio: mūdare vestes sordidas nolo. Quid inquis mihi ꝑcepta hieronymi allegas: que non ligant nisi volentem? Quis hieronymū legislatorem meū constituit? Sacrosancta inquam ecclesia vniuersalis dicta illius approbat: inter canones ꝑcepta eius de hac materia lata locat: et tu contra tantā auctoritatē mutire ꝑsumis? Sed diceres. Legem hanc abrogauit consuetudo cōtraria: que ꝓ iure ex multo tempore est habenda. Sed mentitur iniquitas sibi: et stulta cōsideratione in semetipsa decipitur. Cōsuetudo bonis moribus cōtraria: nunq̄ legē aut tollere. aut constituere potest. Et quid tam contrariū honestati sacerdotali: q̄ adolescentularū contubernio delectari? Periclitatur castitas: vbi inter mulierculas sacerdotū transit societas. Prima em̄ et fortissima clericoꝝ temptamenta: ex frequenti accessu mulierū proueniūt. Multos prostrauit stulta ꝑsumptio: qui manibus (ut ita dixerim) instrumenta victorie hostibus tradiderunt. Difficillime vitatur periculū: si occasio non vitetur. Enīuero dum femina moratur cū clerico: solaq̄ residet cum solo: cibos comedenti preparat: lectulūq̄ dormienti componit: alloquitur. arridet: fomenta libidinis administrat. Quantūlibet sancta sit femina: semꝑ clerico est timenda. Nam sicut scintille de carbonibus prosiliūt: ita virus cōcupiscentie. ex mulierū assidua familiaritate diffundit. Janua diaboli. porta inferni. via iniquitatis. scorpionisq̄ dira ꝑcussio. et nociuū genus fallendi: viro casto familiaris est femina. Cū ꝓximat stimulat: cū loquitur incendit: cū tangit vehementer

exurit. Nō damnamus sexū: sed castitatis denūciamus periculū. Legimus sanctū augustinū tantopere fugisse feminas: ut domū suā episcopalem nec sororē propriā ingredi pmitteret. Nouimus et nos complures sacerdotes qui et domū et plebē sibi cōmissam sine ministerio famule multis annis innocue gubernarūt. Neq3 eñ tibi difficile erit imitari: qđ alios conspicis actitasse. Caue itaq3 et cōsorcio adolescentularū ne appropias: cum etiā inter anus caste viuere difficile sit. Memento cū quo loquaris in altari: et os diuinis ministerijs cōsecratum: ne effundas in oscula meretricū. Turpissimū est manibus sancte vnctionis oleo cōsecratis. quibus dei filius tenetur et immolatur: tactibus pollutis contingere mulierem. Ne dederis maculā glorie tue: et nomen tuū cunctis in opprobriū. Te cūcti in publico. te in agro rustici aratores et vinitores quotidie fortiter lacerabūt: si cū feminis (maxime iunioribz) iuuenis ipe habitare psumpseris. Eris in puerbium et derisū omī populo: si iuuencularū domicilia frequenter fueris ingressus. Cōtra hostē tuū inuisibilē q latus tuū semp insidiādo circūuolat omī tpe vigila: et iuxta nasonem. maloꝝ principijs obsta: quādo adhuc infirmiora sunt temptamēta. Nā sicut videmus posteaq3 clericus semel corpus suū amplexibus meretricū exhibuerit: raro vel nunq3 ad pfectā emendationē redit. Omēs eñ q puerso amore vexantur: quanto diutius in sceno luxurie iacuerint: tāto difficilius ad sanitatē mentis reuertuntur. Figit in corde hūano radices viciū fortiter inueteratū. O quot hodie sacerdotes in dei ecclesia sūt. qui in pfundū luxurie submersi. longanimitatē dei cōtemnūt: sicut scriptum est. Impius cū venerit in pfunda maloꝝ. contemnit. Multi sunt nō dubiū inter clericos libidine sordidatos: qui cū a principio sue promotionis caste viuere proposuerunt: ex negligenti sensuū custodia decepti. nūc sine omni timore dei quasi licenter ex cōsuetudine meretricibus cōmiscentur. Nihil peccati consuetudine deterius: qua fit ut crimina grauissima. velut minima estimentur. Fortissimum

peccati vinculũ: est consuetudo peccandi: que tempore
crescat: et mora virium sumit incrementa. Optime igitur
aduersus incendia carnis cõsuluit: qui in carmine dixit.
Principijs obsta. sero medicina paratur: dum mala per
longas cõualuere moras. Sed propera. nec te venturas
differ in horas: qui nõ est hodie: cras minus aptus erit.
Non tardes conuerti ad dominũ ait scriptura: nec diffe-
ras de die in diem: quoniã quãto penitentiã diutius distu
leris: tanto minus aptus ad penitendũ eris. Ascende nũc
mentis tue speculã. et vide stultoꝝ insaniam sacerdotum:
qui a vilibus concubinis ducũtur captiui: ut non quecũqꝫ
volũt illa faciant: sed que sibi a scortis ꝑcipiuntur. Uide-
res interea stolidũ clericũ assidere cõcubine sue. et aperto
illam ore intuentẽ: et si arriserit ei ridet: si fuerit indigna-
ta blanditur ei. donec reconcilietur in gratiã. Captiuus
ducitur ꝑ feminã infelix sacerdos: et qui alios regere de-
buerat: ancille sue dominio superatur. O q̃s crederet quã
tos inter hec miser gemitus emittat: quotiens hoc durissi
mũ archidiaboli iugum abijcere cogitet: quales in corde
suo dolores portet. Interdũ deniqꝫ tanta contra bestiam
suã displicentia tangitur: ut eam a se repellere crastino me
ditetur. Interea dat verba cõtumeliosa et recipit: demũqꝫ
post verba venitur ad verbera: ꝑcutit et repercutitur: ma
ledicit et blasphematur. O stupendũ spectaculũ: caput sa
cerdotis quod cõtingere nõ licet principi: manus mere-
tricis. lacerãt. ꝑcutiunt et cõtundũt. Demũ post maledicta
et verbera ad fletũ se femina vertit: lachrymas diabolo
infundente emittit: quousqꝫ tandẽ ad misericordiam cap-
tiuũ infelicem reuocet: sibiqꝫ placabilem reddat. Cerne-
res nũc mutatum subito clericum: et lachrymis abre sue
adeo cõmotum: ut qui iniuriã susceperat: prior veniã de-
precetur. Mensa dehinc apponitur: cõuiuiũ instaurat:
verbis miscentur suspiria: nouarum cõmercia tractantur
nuptiarũ. Sedet inter hec stolidus sacerdos de patien-
tia et mansuetudine disputãs: se in amicã deliquisse suspi-
rat: ad eius gratiã recuperandam totis viribus laborat.

Quid post renouatā geratur amiciciā: tibi cogitare po-
tius licebit q̄ꝫ mihi loqui. Non est timor dei ante oculos
sacerdotis vinculis cōcubine ligati: de penis inferni pa-
uor nullus: nulla sacerdotalis cogitatio dignitatis: nul-
la memoria publice honestatis. Adeo viciū hoc incōtinē-
tie in clero iā p̄ualuit: ut quasi ceperit esse licitū: q2 publi-
cum est. Miseranda generis humani cōditio: qui aliorū
scelera debuerāt emendare: grauiora cōmittūt. Sedent
proh pudor in villis et vrbibus publice sacerdotes cōcu-
binarū suarū cōmixtione diffamati: quoꝝ tantus hodie
inuenitur numerus: ut si presul aliq̄s in sola sua diocesi ta-
les voluerit corrigere: sola multitudine victus. a ꝓposito
terreretur. Si cuiuspiam ex talibus domū ingredereris.
offenderes aliquotiens sacerdotem suū infantulū fornica-
tionis paterne testem brachijs baiulantē: et inter legen-
dum horas canonicas: plorantē cōsolari verbis et canti-
bus. Videres quoqꝫ surgentē de lecto patrē infaustū. na-
tum excipere genibus: osculisqꝫ porrectis illum in dextro
genu locatū: in sinistro breuiariū. Inter orandū ridenti
infantulo arridet: ploranti blanditur: crebris tacentē ver-
bis affatur et nutibus. Interea blanda mater occurrit: de
manu patris dulce pignus codicem rapit: folia tractat.
lacerat. fluentibusqꝫ ex ore saliuis. genitoris p̄missu cōma-
culat. Nulla inter hec oranti deuotio: nulla verbis adhi-
betur intentio: sed om̄is sollicitudo in cōsolatione ploran-
tis cōsumitur. Cadūt verba ex ore orātis cōfusa: crebrisqꝫ
infantuli osculis interrupta: adeo ut oratione completa.
vix se meminerit orasse. Interea nolam trahit edithuus:
ad sacrificandū altare componitur: a populo in ecclesia
hieros expectatur. Accurrit lotis manibus in locio pueri
sacerdos: vestes sacratas quāta potest festinacōne induit:
sacrificiū dei distracta mente consumit. O cōscientia vbi
interim manes: vbi contempta iaces? O tu miser qui dei
filiū pollutis manibus cōtrectas: quousqꝫ animā tuā vul-
neras. laceras. et interimis? Qua deniqꝫ temeritate acce-
dis ad altare: corpore et animo pollutus? Nisi magna

omnipotentis dei miseratio ad tempus tibi parceret: te in altari angeli puocati indignacõne graui pcuterent. Ubi est votũ castitatis ppetue: qđ in manus episcopi (cum te ordinaret) promisisti? Ubi est sacerdocij tui assumpti reuerentia? Peccasti: quare nõ agis penitentiã? Quousqȝ longanimitatẽ dei contemnis? An ignoras q patientia dei ad penitentiã te adducit? Tu autẽ secundũ duriciam tuã et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire: et iusti iudicij iesu christi. Puto quidẽ in futurũ penitere cogitas: sed q̃ȝ sit proxima penitentie amputatrix mors minime pensas. Enĩuero misericors deus qui veniã penitenti promisit: differenti diem crastinũ non spopondit. Clericũ autẽ quẽ femina cohabitans semel captiuũ abduxerit: nunq̃ȝ aut raro liberũ nisi morte interueniente dimittit. Transeo qđ multi concubinarũ suarũ dolis et maleficijs vsqȝ adeo plerũqȝ dementãtur: ut se ab illarũ turpissimo amore nequaq̃ȝ possint excutere. Horret auditus facinora meretricũ: nec pudicicie syncerita audire patitur: qualia p sacerdotum concubinas quandoqȝ ppetrantur. Ex katamenio pulmentũ dñis suis cõficiũt: et dum eos ad amorẽ suũ cupiũt allicere: in colicam et insaniam conuertũt. Horrendis maleficijs et supstitionibus suis cõcupiscentijs sacerdotes implicant: donec exhaustis paulatim viribus: eos penitus inutiles reddãt. Beatus homo quẽ deus a muliere mala et luxuriosa custodiuit. Nõ est iniquitas sup malicia mulieris: que malis amoribus fruitur. Quicquid excogitat temptat: quicquid potest audet. Nemo credit quibus studijs. vijs. et adinuencõnibus vtitur: ut eũ quẽ decipere cogitat: suis voluptatibus indissolubili vinculo prosternat. Ad vota se dño suo coniungit: nõ quia diligit: sed quia cupit. Concubinarũ etẽm turba. predam sequitur. non sacerdotẽ. Quousqȝ diues est omnibus abundat. latus dñi non deserit: si autẽ pane indigere ceperit: concubina ad aliũ se cõuertit. Interdũ vero gnatorum intuitu. sacerdos et concubina vsqȝ adeo cõglutinati sunt: ut separari ab inuicem (nisi p mortẽ) nulla ratio

ne possint. Fieri etiã solet. ut prebendas suas nõnulli ma-
lint dimittere q̃ concubinas. Quid primo p̃ceptori tuo
contigerit: non ignoras. Is seuo meretricis illius amore
(quã nouisti) miserrime seductus. cũ propter metũ viri
cohabitare ei publice nõ auderet: patriam. domũ. cogna
tos. ac que habebat beneficia cõtemnens. ut illa frui libe
re posset: cũ ea clam fugiens discessit. Et nemo quo abie-
rit: vsq̃ in hodiernũ diem nouit. Scio quendã ex concu
binarijs sacerdotem. quẽ cũ pro suo peccato inter me et
ip̃m aliquãdo increparem: ad hoc finaliter induxi: ut cõ
tinentiã deinceps ꝑpetuam in manus meas vellet ꝑmit-
tere. Cũq̃ vrgerem. ut mox concubinã eijceret: responde
bat. Non possum. Quare inquã? Si eam inquit abijce
rem: q̃s infantuloꝝ meoꝝ curam gereret? Habebat eñ
ex ea iam duos pueros. Pauper aiebat sum: pro merce
de locare illos non valeo. Matrem itaq̃ donec infantuli
crescant nõ eijciam: ne reus sanguinis fiam. Castus ta-
men ero cũ casta: nec vlla deinceps cõmixtione illi socia-
bor. Et quid facies inquã. si prius q̃ isti creuerint: alij
in locũ eorũ surrexerint? Jurauit se id velle cauere ne fie-
ret. Non emendabis inquio culpã: nisi eieceris cõcubinã.
Difficile est assueta relinquere: et a pristinis vicijs (p̃sente
occasione) abstinere. Nemo serpentẽ fouebit in sinu ille-
sus. Abijt hõ in domũ suam: et domestica scelera. vsq̃ in
hũc diem nõ deseruit. Cõsideraui opa dei: q̃m quẽ ille de
spexerit: nemo potest emẽdare. Adeo difficile est sacerdotẽ
semel in fornicationẽ lapsum ad castitatẽ verã posse resur
gere: ut ex omibus vnũ vix queas inuenire. Nam iuxta
scripturã. q̃ facit peccatũ. seruus peccati est: et q̃ turpi amo
ri semel subijcit̃: vix vnq̃ ex toto liberat̃. Facilius eñ for
nicatio fugitur: q̃ emẽdetur. Jccirco moneo te. et obtestor
ut cõsorcia mulierũ fugias: ne famã boni hoĩs ꝑdas. Se
mel q̃ ꝓpe infamatus de fornicacõne p̃sbyter: amissũ nũq̃
recuꝑabit honorẽ. Sed ⁊ colloq̃a femiaꝝ deuita: crebras
in foro salutacõnes declina: q꞉ ꝑ leuia verba venit̃ ad pessi
ma facta. Multos eñ decepit incauta feminaꝝ allocutio

Omni tempore vigilans esto: nec tibimetipsi vnq̃ꝫ confi-
dendū duxeris: q̃ꝫdiu in carne viuis. Complures enim in
senectute lapsos agnouimus: qui sibi de victoria p̃terita
securi videbātur. Nunq̃ꝫ etenim deest homini temptatio:
quousqꝫ in hac vita cōuersatur. Si vero curā domesticā
sine ministerio famule agere nō vales: vetulā de tua cogna-
tione probam assumito: de cuius cohabitacōne nulla in
populo suspicio oriri possit. Uerūtamen hoc ante omnia
caueas: ne in famulā maritatā sumas. Qđ em̄ deus cō-
iunxit: homo nō separet. Non caret suspitione mali: co-
habitatio vxoris viri alieni. Uolo te quoad fieri potest:
testimoniū bonū habere ab om̄ibus. Reddant te aliena
pericula cautū: et vbi multos cecidisse cōspicis: ne incau-
tus ambulare velis. Memento quot fortissimi sapientissi-
miqꝫ viri ab origine mūdi vsqꝫ in hūc diem: ꝑ mulierū cō-
sorcia perierūt. Adam prothoplastū femina decepit: et eo
supplantato nos om̄es interfecit. A principio conditi or-
bis ꝑ mulieres filij dei peccauerūt: et suis sceleribus ca-
thaclismū suꝑ vniuersum mundū induxerunt. Exeuntes
quoqꝫ de egypto filios israel: mulieres alilophilorū ꝓstra-
uerūt in deserto. Quid istas recensemus: cū omniū hoīm
fortissimū sampson. vilis meretricula captū suis amori-
bus. tradiderit in mortē et opprobriū? Nemo de sua for-
titudine p̃sumat: nemo de pristina castitate cōfidat: quo-
niā sepe qui hodie fortiter stare cernitur: cras in profun-
dum fornicacōnis cadere videtur. Sapientissimus salo-
mon. dolos mulierū cauere nō potuit: quis modo tutus
erit? Cadit gladio mulierū fortis et sapiens: et nos fragi-
les insipientesqꝫ de securitate presumimus? Dicit em̄ qui
cecidit. Melior est iniquitas viri: q̃ꝫ mulier benefaciens.
Tucius est cohabitare viro iniquo: q̃ꝫ femine bone.
Aduersarius em̄ castitatis diabolus. nunq̃ꝫ cessat casto
viro insidias ponere: si materiā decipiendi poterit inue-
nire. Astutus cū sit. nouit ad tempus dissimulare: donec
tandem in vna hora: omnē laborem et premiū transacte
cōtinentie possit euertere. Ingerit se paulatim amātibus:

et

et sub specie charitatis christiane dulcia de virtutibus et vicijs verba seminat: quousqꝫ in laqueū criminis incau-
tos trahat. Jam familiarius deinceps loqui incipiūt: se-
cretiora sua queqꝫ alterutrū aperiūt: cōtingere se manibꝫ
paulatim assuescūt. Demū ꝑ mutuos risus futura paran
tur cōnubia: et dum ex cōsuetudine familiariter viuūt: in
foueam diaboli subito cadūt. Postea vero q̄ꝫ semel in mu
tuos reatus ceciderint: videntur sibi factū aliquantulum
abhorrere: sed a cepto non facile possunt recedere. Per-
gūt igitur via qua ceperant: et quāq̄ꝫ in principio cōscien
tia scelus abhorreat: tamen ex cōsuetudine paulatim id
leuius portat. Et primū quidē cū quodā verecūdo timo-
re lasciuire incipiūt: sed deinceps praua cōsuetudine ob-
cecati, amplius non erubescūt. Uenter interea secreti con-
scius incipit tumescere: et scelus qđ latuerat, in publicum
propalare. Nascitur postremo infantulus: ad breue tem-
pus pater et mater erubescūt: et statim ad cōsueta crimi-
na reuertūtur. Jam vero deinceps om̄is verecūdia ꝓcul
abijcitur: conscientie oculus obcecatur: timor dei et infer
ni a memoria penitus repellitur. Uiuūt iā licenter in pec-
catis diabolico glutino cōiuncti: viuūt corā hominibus
diffamati: viuunt a deo alieni. Jn desperationē mox cri-
men inueteratū vertitur: penitentie remedium deridetur:
longanimitas patientie dei contemnitur. Jnterea sacer-
dos vsqꝫ eo libidini seruus efficitur: ut sine concubina vi
uere non sibi posse videatur. Potest quidē emendare pec-
catū sed rēnuit: quia se vinculis luxurie inuolutū delecta
biliter sentit: ꝓpositum penitentie in futurū sibi pollicetur
assumere: vitā suā promittit emendare. Sed dum inter
tot crimina voluntatē penitendi procrastinat: et tempus
et posse pariter amittit. Hinc fit ut sani sacerdotes cōcu
binarij ad remedia penitentie salutaris raro veniant: quia
vitā suam adhuc diu prolongari sperant. Jntantū quippe
nōnulli diabolicis dementantur illecebris: ut nihil aliud
q̄ꝫ carnalia cogitare valeant: nihil de futura retributione
curent. Plus diligūt sceleratam cōcubinā: q̄ꝫ felicitatem

eternã. Quã putas hi penitentiã agunt in extremis: quã-do non voluntate sed necessitate vrgentur? Qui omne tem-pus vite sue in luxuria consumpserũt: in extremis vite sue articulis verã penitentiã raro cõsequũtur. Nam etsi taliũ sera penitentia (deo miserante) aliquãdo vera sit: nõ ta-men sine grauissimis purgatorij tormentis. ad regnũ ce-loꝝ poterint ꝑuenire. Denique si reuelationibus credendũ est: maxima apud inferos clericorũ multitudo. inestima-biles ꝓpter viciũ incõtinentie penas in eternũ duraturas patitur. Uides quorsum incauta mulierũ familiaritas cle-ricum ꝑtrahat: quẽ eternis cruciatibus inferni damnat? Principijs itaque temptationũ obsistendũ est: quia luxuria nunquam melius vincitur: quam si ꝑ fugam declinetur. Nam si ꝑ cõsuetudinẽ te semel inuoluerit: nunquam sine speciali gra-tia dei liberũ dimittit. Si nostris verbis adhibere fidem dubitas: exempla senioꝝ legas. Sed non est opus in li-bris exempla querere: cũ possis ad oculũ documenta in-uenire. Ecce multos hodie senes sacerdotes nouimus: quoꝝ esse vitã incontinentẽ scimus. Uidemus in eis eta-tem senescere: et iuuentutis vicia minime cessare. Cumque ad vltimã senectutẽ veniũt: mores prauos non dimittũt: sed quales ab inicio sempꝫ fuerũt: tales quoque ad mortem vadunt. Cerneres inter eos sacerdotes iam decrepitos. adeo luxurie venenũ imbibisse: ut cum pre senectute am-plius opere lasciuire nequeant: cogitacõne. verbo. ac nu-tibus ad cõsueta inardescãt. De qualibus ꝑ ꝓphetã dñs dicit. Si ethiops potest mutare pellem suã. et pardus va-rietatem suã: et vos poteritis benefacere: cum didiceritis male. Cessare autẽ in senibus feminarũ potest concubi-tus: sed manet ut olim desideriũ actionis. Qualẽ te igitur senem esse desideras: talis nũc quoque iuuenis viuas. Diffi-cile namque est senem mores suos corrigere: et in veteri men-te noua cogitare. Enimuero senectus mores habet. non accipit. Qui cum femina iuuenis lasciuit: senex insanit. Bonum itaque est homini cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua: quoniam si malus in iuuentute quis

extitit: raro in senectute bonus erit.

De remedio cõtra luxuriam. Cap. iij.

Onsueuere medici primũ egrotis grauitatem morbi subtili disputacõne ostendere: et tũc demũ remedij opem adhibere. Cognita em̃ grauitate egritudinis: minus terret amaritudo pocõnis. Id ego tecum facturus. Primũ quidem periculũ feminee cohabitacõnis tibi multimoda demonstratione aperui: et quis sit finis huius morbi quantũ licuit declaraui. Consequens igitur nũc est: ut de remedio cogitemus. Caro em̃ semꝑ concupiscit aduersus spiritũ: et nisi exercicio salubri refrenetur: et se et illum in profundũ damnacõnis ꝑcipitat. Hinc probe admonet poeta dicens. Ocia si tollas. periere cupidinis arcus: cõtemptecꝫ iacent: et sine luce faces. Sancta etem̃ scriptura ꝓhibet: quoniã in desiderijs est omnis ociosus. Oportet igitur eum qui vicium libidinis cupit extinguere: se in aliquo sancto opere iugiter exercere. Ociositas quippe inimica est anime. Hinc beatus hieronymus quendã admonet dicens. Semꝑ aliquid boni facito: ut te diabolus inueniat occupatũ. Optimũ quippe remediũ contra malas cogitacões: est operis sancti alicuius occupatio. Enimuero dum animus circa aliquod bonũ exerciciũ delectabiliter intentus est: aliunde non cogitat. Non patebit accessus diabolo: si mens fuerit occupata in aliquo exercicio. Exemplũ sume in sancto dauid: qui occupatus bellicis rebus luxuriam domuit: ociosus in domo consistens adulterium commisit. Dum manus vacat ab opere: mens languet in cogitatione. Si ergo cupis libidinem vincere: ocium fuge. Quibus autem exercicijs tempus accõmodare debeas: paucis si placet accipito. Mane assuescas ante lucem de somno exurgere: et oracõnibus tam canonicis quã votiuis aliquantulũ vacare. Cumqꝫ pensum seruitutis tue orando deuote cõpleueris: lectionibus sacris deinceps vacabis:

Poeta

Hi

donec te ad missam celebrandam ex officio vocatū intel-
ligis. Post missam oracōnibus denuo vacandū est: et sa-
cris meditacōnibus q̄ȝ deuotissime insistendū. Deinde ma-
nibus laborandū: domus curanda negocia: et si qua ꝑ
necessitate fuerint ordinanda: cū dei timore disponantur
Opus autē manuale sacerdotis est scribere: codices a se
uel ab alijs descriptos impressosue ligare: ceterisq̄ȝ hone-
stis laboribus pro sua cōditione uel necessitate insistere.
Deniq̄ȝ sumpto cibo laudes deo referende sunt: qui nos
hic pascit in terris: iterūq̄ȝ orandū ut post hanc vitā sine
fine pascat in celis. His rite completis: nō ilico ad fabu-
las eundū est: sed sacris lr̄is denuo vacandū. Deinde ma-
nibus operandū erit vsq̄ȝ ad vesperā: que vltra quartā ho-
ram nō extendatur in opere manuali. Cū vero iam in-
clinato die dormiendū est: prius ad deuotissimas oratio-
nes recurratur. Quibus expletis: actuū tuoꝝ ꝑ diem ra-
tionē constituas: et de negligenti cōuersatione tua. te reū
coram deo clamans. veniā et indulgentiam expostules.
Nam si teip̄m iudicaueris: a deo absolueris. Et nisi in
timore dn̄i te constanter tenueris: cito subuertet̄ domus
cōscientie tue. Qd̄ si in aliquo delicto ꝑoccupatus fueris:
mox ad lamentū penitentie recurras: taleq̄ȝ si fieri potest
confessorē eligito: quē et scientia scripturarū idoneū com-
probet: et cōuersatio cōmendet. Raro em̄ confitentibus
viam salutis in veritate aperit: qui cōuersatione reproba
viuit. Qd̄ si temptationes carnis inimico suggerente in
animo sentire ceperis: noli eas ꝑ moram roborare: sed
ꝑ oracōnes et sancta exercicia quantocius expellere. Lu-
bricus est serpens libidinis: et nisi in capite nō facile con-
teritur. Dum adhuc infirmus est aduersarius: facile supe-
ratur. Nec te si viceris aliquādo securū existimes: q: non
est cōpleta victoria: vbi quotidiana geritur pugna. Quā-
diu ergo potes subijci: nō credas te vicisse. Noli in tua for-
titudine confidere: noli tibi victoriam arrogare: sed spem
tuā in solius dei adiutorio scito consistere. Nemo em̄ ca-
stus viribus suis. Gratia enim dei adiuta: carnem vincat

bona volũtas. Oportet autẽ contra temptacõnes carnis sine intermissione orare. ad dñm et dicere. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs em̃ tuis timui. Noli amare delicias huius mũdi. que te cito euanescere facient: et ardore libidinis facile incendent. In victu tuo caueatur superfluitas: nec ciboꝝ varietas appetitũ moueat sed fames. Non apponãtur incentiua libidinũ: sed que corpus alãt. non incendãt. Uinũ in quo est luxuria. semꝑ sit tibi suspectum: ne duplici ardore incendaris: potus videlicet ⁊ iuuentutis: Ignem luxurie fouet in gremio: qui assiduo vtitur vino. Uerendoꝝ noe denudatio: et incestus loth: te vinũ semꝑ timere admoneant. Ebrietas em̃ viui hoĩs sepultura est: que sensus destruit: rationẽ extinguit: mentẽ ligat: conscientiã vulnerat: sanitatẽ corporis minuit: animã occidit. Scaturigo maloꝝ ebrietas: carnẽ ad luxuriã excitat: pessimis cogitacõnibus cor inquinat: in turpissima verba linguã laxat. Hieronymi sacratissimi verbũ est. Repletus venter facile spumat in libidinẽ. Sit igĩ viro casto moderata refectio: sit potus parcus et tenuis: sit sermo pudicus. Caueat familiaritatẽ mulierũ: sensus suos omni custodia dirigat: ne in foueã libidinis cadat. Quotienscũqꝫ cogitatio turpis mentẽ pulsare ceperit: memoriam dñice passionis subeat: cogitatũ suũ in vulnera iesu christi ponat. Scriptũ nãqꝫ est. Beatus ꝗ tenebit: et allidet paruulos suos ad perrã. Petra autẽ inquit apl'us erat christus. Recordatio etenim dñice passionis. omniũ temptationũ efficacissimũ remedium est. Eñiuero quem christi passio nõ emollit: nulla exercitatio curabit. Mox ergo ut carnis libido spiritũ oppugnare ceperit: leuet manus suas ad celũ cultor castitatis ⁊ dicat. Dñe iesu christe amator casti consilij: tu scis vires meas ad resistendũ exiguas: adiuua infirmitatẽ meã: ꝑ amaram passionẽ tuã. Credo in dño. quoniã si orans cũ deuotione persiterit: victoriam aduersus carnẽ facile impetrabit. Uolo autem te frater amantissime nõ solũ facta: sed et verba turpia declinare. Corrũpunt em̃ mores bonos colloquia praua.

Neqꝫ illos imitari velis. q̄ turpiloquijs vacantes: castos se corde existimāt. Ex abundantia etem̄ cordis: os loquit̄ Uanus sermo: vani cordis indiciū est. Qualis vnusq̄sqꝫ apud se lateat: prolatus sermo ꝓbat. Sūt nōnulli. et qui dem multi sacerdotes. qui lasciuis moribus suis syncerita tem cōscientiarū violant: quanq̄ꝫ ad actū libidinis corpo raliter nō accedāt. Sedent cū feminis loquentes turpia: tactus prurientes cōmiscent et oscula: et inter hec se ca stos esse gloriantur. Et vbi manet sermo dn̄icus. qui vi derit mulierē ad concupiscendū eam: iam mechatus est eam in corde suo? Si viro casto mulierē videre ad cōcu piscendū non licet: quātominus impudice cōtingere. oscu lari. et contrectare manibus. Dicit nāqꝫ aplus. Ab omni specie mala abstinete vos: sicut decet sanctos. An tibi nō videtur mali species. inter hoīes sedere castos: et iuuencu larū osculis tactibusqꝫ insanire? Mentiar si nō vidi sacer dotes et maioris dignitatis p̄latos totū in manibus diē obscenis cōsumere tactibus et osculis feminarū: nullāqꝫ dignitatis sue reuerentiā habuisse. Interne libidinis indi ciū est: dum verba quis turpia loqui consueuit. et iūgere tactus. Inter hec ne castitas mentis illesa manebit? Tu autē nicolae charissime si dignū te deo ministrū exhibere desideras: si libidinis durissimū iugū euadere optas: nō solū a factis sed etiā a verbis turpibus. et mulierū te tactu abstineas. Impossibile est nō vulnerari mentē: dum oscu lo et manu lasciuiens contingis mulierem. Memento no uissima tua monet sapiens: et in eternum non peccabis. Nihil em̄ adeo cohibet a peccato hominē: q̄ꝫ intenta me moria mortis.

De lectione et studio scriptura rum.

Cap̄. iiij.

Scio et expertus sum: q̄ efficacissimū contra omnes temptationes remediū: est studium et lectio scripturaꝝ. et frequens oratio. Nam ta

lis viciorum impugnationem extinguit. Dicit enim beatus hieronymus. Ama scientiã scripturarum: et carnis vicia nõ amabis. Sola em̃ scriptura est: que nobis celeste pmittit in tribulacõne remediũ. Quid de superna patria scire uel credere poterimus: si scripturas non haberemus? Dicit nãqꝫ aplus. Omnis scriptura diuinitus inspirata est: ut p patientiã et consolationẽ scripturarũ spem habeamus. Iccirco moneo te ut studiũ sanctarũ scripturarum assumas in huius peregrinacõnis solacium: quoniã si in lectione earum fueris assiduus: facile mundũ contemnes cũ vniuersis vanitatibus eius. Nihil em̃ sic mentẽ a sollicitudine vana ad superna eleuat: nihil sic carnis incendia sedat: qũo sedulitas sacre lectionis. Denicꝫ officio tuo studium maxime congruit: dicente malachia. Labia sacerdotis custodiñt scientiã: et legem requirent ex ore eius: quia nũcius dñi exercituum est. Nam sicut pauloante diximus. oportet sacerdotẽ christi. doctũ esse lege diuina: ut sciat et sit vnde proferat sermonem. Qui em̃ suscepit animas regere. pro quibus summo iudici deo rationẽ redditurus est: necesse habet multa legere et intelligere. Eniuero sicut dixit magnus ille gregorius nazanzenus. et post eũ papa romanus: ars artiũ est regimen animarũ. Qui aũt nihil in scripturis sanctis didicit: qd alios docebit? Aut quã in pdicando sacerdos vtilitatem auditoribus suis afferre poterit: qui scripturas nescit? Ue nunc temporibus nostris: in quibus est sicut populus sic sacerdos. Studiũ scripturarũ sacerdotes nostri abijciũt: eruditionẽ negligunt: pro libris scripturarũ aues et canes enutriũt. Uiderint episcopi qui tales ideotas et inscios ad sacerdocij dignitatem promouent: qui imperitis pastoribus curam ouium christi cõmendant. Recede de consorcio eorũ qui scientiam abijciũt: qui lectionem scripturarũ negligunt: qui studiũ cõtemnũt. Nihil aliud q̃ꝫ mũdanũ sapiũt: nihil q̃ꝫ vanũ diligũt: nihil nisi carnale intelligũt. Cito subuertent te: si in conuentũ eorũ frequenter trãsieris. Sedent in insidijs cũ potatoribꝫ in tabernis: ludis et cõmessacõnibus

vacant: nō est timor dei ante oculos eoꝝ. Irascūtur si q̄s coram eis loqui de scripturis ceperit: audire lectionē dei dignantur: ad fabulas autē cōuertuntur. Quid tibi et illis? Nomine sacerdotes sunt: cōuersatione asini. Nihil penitus de scripturis intelligūt: discere contemnūt. Romana lingua scribere uel loqui nesciūt: vix in vulgari exponere euāgelia didicerūt. Quātos errores fabulas et hereses in ecclesia p̄dicando populis enūcient: quis nisi expertus credere posset? Pro libris sibi liberos comparāt: pro studio concubinas amāt. Isti sunt ceci duces cecorū: qui populū dei ad iusticiā non erudiūt: sed potius seducūt. O quot paupes christiani in rure habitant: qui ob ignorantiā suoꝝ sacerdotū quid christianū deceat ignorant? Inter hec nemo est qui animaduertat: nemo q̄ periculū animarū doleat: nemo q̄ remediū apponat. Om̄es que terrena sunt sapiūt: omnes sua querūt: om̄es ad lucra currūt. Sed quid ista ad nos? Unusquisq₃ suo dn̄o stat aut cadit. Et quāuis ad me non ptineat ista corrigere: non possum tamen nō dolere: videns om̄e malum in ecclesia ex ignorantia sacerdotū pcedere. Quis em̄ nō doleat illos mandata nescire: q̄ constituti sunt alios instruere? Ecce nulla in ordinādis sacerdotibus scientia queritur: non vocati accedere pmittūtur: nunq̄ vita ordinandorū (ut in primis oportuerat) discutitur. Propterea populus christianus funibus peccatoꝝ captiuus abducit: ardor charitatis extinguitur: concordia fraterne dilectionis violatur. Sacerdotes nostri mūdanis cupiditatibus effluūt: corrigere viciosos nō p̄sumūt: q2 se deliquisse in maioribus agnoscūt. Pauci etem̄ sunt q̄ moribȝ sanctis in ecclesia nūc fulgeant: pauci scientiā scripturarū amāt: pauci cōmissum sibi gregē verbo et exemplo debite informāt. Nec mirū si minores vacent a studio scripturarū: cū inter p̄latos paucos inuenias qui veterū exemplis inhereāt. Eligūtur em̄ ut plurimū nō doctiores: sed ad cōgregādas diuicias perituras auidiores. Codices scripturaꝝ aut nullos habēt aut paucos: q̄s p̄e q̄ odio sciam psequūt.

Nihil adeo ecclesiasticā dignitatē minuit. et contemptibilem reddit: sicut ignorantia prelatoꝝ. Cum olim episcopi. abbates ac ceteri prelati et sacerdotes animū scripturis intenderent: nō tā facilis criminibus et peccatis aditus patebat. Amor etēm ac scientia scripturaꝝ mūdū docuit cōtemnere: vicia fugere: virtutes sacratissimas amare. Quamdiu populus israheliticus ꝑmansit in lege dñi: nulla preualuit contra eos potestas inimici. At postquā legis scientiā abiecit: multis aduersitatibus subditus fuit Dicit em̄ scriptura. Quoniā non habuerūt sapientiā: perierūt ꝓpter suā insipientiā. Hodie quoqꝫ sacerdotes ecclesiarūqꝫ rectores in magno numero sunt: sed pauci eorum scientiā legis et scripturarū aduertūt. Et quia sicut dñs ꝑ ꝓphetam loquitur. sacerdotes noticiam legis abiecerūt: ꝓpterea cōtemptibiles in populo facti sunt. Clamāt quidem in tribulacōne ad dñm: sed nō exaudit eos: quoniā qui auertit aures suas ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Non ergo mirentur sacerdotes ꝙ eos cōtemnūt laici: quoniā ipsi spernunt mandata christi. Timeo autē vehementer: in breui contra clerū grauiora futura. Sed de his hactenus. Tu vero nō quid aliȷ faciant: sed quid tibi sit faciendū considera. Multi enim ad sacerdociū in ecclesia dei vocati sunt: pauci vero electi. Sūmopere igitᷣ curandū nobis est: ut qui in sortem dñi ascimur: etiā eligamur. Quid prodest hic sacerdocio breuissimo tempore fungi: si separari cōtingat. a cōspectu dei? Nihil ergo melius q̄ꝫ in celestibus desideriū figere: sacre lectionis studio insistere: presentia ꝓ dei amore spernere: futura cogitare Hinc petrus in aurora dicit. Nil homini melius. q̄ꝫ si diuina legendo. figat ibi mentē: quo sibi vita venit. Legendis itaqꝫ scripturis continuū studiū impendendū est: qꝛ lectio alit mentē: et fomenta ministrat virtutibꝫ. Ut ergo preciū tēporis nō amittas: sacras legito scripturas: scribe libros. deuotis oracōnibus insta: suis tēporibus etiā manibus labora. Non erubescas discere quod ignoras: quia tūc alios poteris vtiliter instituere: si a doctioribus

semp petas informari. Nõ te pudeat nomen subire disci-
puli: si ptingere cupias ad honorẽ magisterij. Spiritus
etenim sanctus qui docet hominẽ scientiam: humilitatis
amator est. Quando sedes ad mensam ut cibum capias.
prius sacris lr̃is insonandũ memineris: quatenus dũ ca-
ro pascitur: mens suo alimento minime defraudetur. In
toletano quippe consilio ita legitur. Pro reuerentia dei et
sacerdotũ id vniuersa constituit synodus: ut quia solent
crebro mensis ociose fabule interponi: et omni sacerdo-
tali conuiuio lectio diuinarũ scripturarũ misceatur. Per
hoc em̃ et anime edificantur ad bonum: et fabule nõ de
necessitate prohibentur. Uerbũ em̃ dei esca spũs est: quia
non in solo pane viuit homo: sed in om̃i verbo qđ proce
dit de ore dei. Maximã antiqui patres et sacerdotes di-
ligentiã scripturis sanctis impenderũt: ut et mentẽ salu-
briter pascerent: et posteritati ad eruditionẽ vtilia ꝓuide
rent. Istorum vestigijs inhereamus: ut digni coram deo
ministri inueniri mereamur.

De auaricia et cupiditate fu-giendia. Cap. v.

Uamq̃s in principio sermonis nr̃i contra aua
riciam et cupiditatem disputauerimus: certa
nihilominus racõne ducimur: ut etiã in hoc
loco de hac ip̃a re iterũ eloquamur. Nunq̃s em̃ satis con-
tra hoc viciũ agitur: nisi cũ funditus extirpatur. Sciens
autẽ saluator noster q̃s difficile sit diuitẽ intrare in regnũ
dei: sequẽtibus se dixit. Nisi q̃s renũciauerit om̃ibus que
possidet: nõ potest meus esse discipulus. Hinc psalmista
nos admonet dicens. Diuicie si affluãt: nolite cor appo-
nere. Et apl's dicit. Habentes victũ et amictũ: his cõtenti
simus. Quid amplius querimus: qui mĩstri dei sumus?
Turpis est in sacerdote dei cupiditas: turpis auaricia:
et auri cõtinua fames damnabilis. Tu ergo frater amã-
tissime si cupis in libertate spũs viuere: noli pecunias pe

rituras querere: diuicias noli amare. Jacta cogitatū tuū in dño et ipe te enutriet: ipe esurientē te pascet: ipe custo-diet. Nec volo ut ꝓuidentiā domesticā penitus abijcias: sed neq̄ auariciā excedas. Radix omniū maloꝝ cupiditas est: q̄ hoīem nō sinit deo in libertate spūs viuere: sed men-tē sp̄ torquet curis amaris: nec ꝑmittit eū aliūde q̄ȝ de di-uicijs cogitare. Mediocritas autē res tutissima est: q̄ nec egestate p̄mitur: nec abundātia in supbiā eleuat̄. Uidem⁹ inter sacerdotes dei cultores idoloꝝ: q̄ pecunijs cōgregā-dis sp̄ inuigilāt: q̄ auaricie student: q̄ de eterna vita nihil aut parū cogitāt. Uiuūt tanq̄ȝ nati sint ad questū: pieta-tem in paupes longe abijciūt: nihil aliud q̄ȝ aurū querere et inuenire concupiscūt. Uideres inter illos quosdā aua-ros et miseros diuites: quibȝ rerū tp̄aliū copia et abundā-tia maxima est: sed facultas vtendi acquisitis deest. Omni-bus diebȝ quibȝ versant̄ in terra misere viuūt: comedere et bibere ꝓ necessitate corpis nō p̄sumūt: augere ad acer-uū pecunie sp̄ aliq̄d cōcupiscūt. Lucris inuigilāt: de ani-marū salute nihil penitus curant. Plus dolent de amisso denario: q̄ȝ si decē ex sibi cōmissis aīe perirēt. Sed mirū nō est si alienā negligat: q̄ ꝓpriā dānat. Quisq̄s em̄ cor suū auaricie et cupiditati semel submiserit: nūq̄ȝ aut raro liber erit. Semp̄ ad maiora lucra pecuniaꝝ estuat: ad augmen-tū auri sp̄ anhelat: tātoq̄ȝ crescit habendi desideriū: quāto cōtigerit creuisse nummū. Jam deinceps vnū beneficium quantūlibet pingue non sufficit: ꝓ impetrandis etiā alijs sacerdos auarus discurrit: p̄ phas nephasq̄ȝ nansciſſi la-borat qd̄ improbe cōcupiscit. Currit interea ad sedē apo-stolicā: peticōnis sue narrat causā: que si cū veritate discu-titur: falsa ꝓtinus inuenitur. Prebendas deinde vn⁹ ho-mo multas impetrat: curā ouiū mercēnarijs locat: lanā et lac de ouibus recipit: sed gregē pascere cōtēnit. Ue inq̄t ꝓpheta pastoribȝ: q̄ pascūt semetipos. Putāt se a noxa li-beros q̄ p̄ dispensationē sūmi pōtificis mlt̄a beneficia obti-nēt: sed q̄d requirat̄ ad iustā impetrationē nō p̄sant. Tu autē sta et noli trāsgredi termīos antiquos quos posuer̄t

patres tui: sed pone cōcupiscentie modū: ne cadas in peccatum. Uno beneficio qđ tibi pro mediocritate tui status sufficit te volo esse contentum: ne si plura sine iusta necessitate susceperis: grauius coram deo inde iudiceris. Noli multitudinē secus agentiū in exemplū assumere: noli per latam viā peccantiū incedere: si ad vitam voles peruenire. Qui altari deseruit de altario viuat: q̄ autē pascere oues negligit: lanam et lac ab eis qua temeritate requirit? Instituta sunt ecclesiastica beneficia pro sustentacōne eorum qui ea deseruiūt: nō ad auariciā illoꝝ qui sua querūt. Qui onus portat et curā: dignus est recipere sustentationem. Qui autē fugit onus sollicitudinis: non sine culpa percipit emolumentū lactis. Si ergo christi oues pascere renuis: lanam et lac ab eis minime quesieris. Non enim propter pastorem oues: sed propter oues pastor constitutus est. Neqꝫ cura animarū appetenda est ut habeantur alimēta: sed alimenta potius requirēda sunt: ut debita ouibus adhibeatur cura. Sed a multis nūc ordo peruertitur: qui plantaras et beneficia idcirco appetūt ut in archa pecunias habeant: non ut animas pro dei amore pascant. O pastor et idolū: q̄ꝫ misere decipis temetipm̄. Curas tantū ut comedas: qui ut curare aīas posses comedere debueras. Cupiditas radix maloꝝ omniū est: mater trāsgressionis. magistra nocendi: auriga malicie. inuentrix doli: seditionis origo. fouea scandali: promotrix mendacij. Sacrilegia committit et furta: predas agit et incendia: bella gerit et homicidia. Deniqꝫ sola cupiditas est que symoniace homines emere et vendere docuit: inique petit et recipit: iniuste negociatur. dolis innititur: mendacio et periurio fouetur. Ip̄a est que fidem frangit: dissoluit pactum: testimoniū corrūpit. et violat iuramentū. Charitatem quoqꝫ inter deū et hominē extinguit cupiditas: fraternā dilectionem interrūpit: concordiā turbat. infatuat cōsilium: equitatis peruertit iudiciū: destruit vnitatē. Si ergo te dignū deo ministrū exhibere desideras: hanc omniū maloꝝ radicem de corde quātocius euellas. Breuis est omnis ter-

re

renarũ opum possessio: breuis vite mortalis actio: instãs quotidie ad mortẽ humani generis processio. Cur ergo moraris ꝓ dei amore cõtemnere: que morte interceptus cogeris in breui uel inuitus relinquere? Non em̄ habe-mus hic manentẽ ciuitatem: sed futurã inquirimus. Ubi thesaurus tuus est: ibi et cor tuũ erit. Noli perituras mũ-di diuicias querere: noli cor tuũ auaricie vinculis obli-gare. Decet em̄ sacerdotẽ christi esse discipulũ: mitem. et misericordem: qui aliena nõ cupiat: sed in pauperes sua largiter distribuat.

De honesta conuersatione sa-cerdotum exteriori. Cap̄. vj.

Onsidera nũc qualem cõuersationem tuã de-beas instituere: qualẽq3 te oporteat viuere: ut omipotenti deo cuius minister es. in toto cor-de valeas placere. Quantũ vero ad internã conuersationẽ ꝑtinet: oportet ut mũdus et purus in cõsciẽtia fulgeas: qui corã dño ministras. Dicit em̄ ad sacerdotes ꝓpheta dñi. Sanctificamini: qui fertis vasa dñi. Et dñs dicit. Lauamini. mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vestra-rũ ab oculis meis: quiescite ꝑuerse agere. discite beneface-re: dicit dñs omipotens. Quantũ vero ad exteriorẽ ho-minẽ ꝑtinet: ap̄lus episcopũ instruẽs dicit. Oportet ep̄m irrep̄hensibilem esse: sobriũ. pudicũ. benignũ. ornatũ mo-ribus: hospitalem. docibilem. Quicquid autẽ ep̄o in hoc loco p̄cipitur: etiã ceteris p̄latis et presbyteris mãdatur. Et primũ quidẽ cũ dicit eũ oportere esse irrep̄hensibilẽ: ab omnibus vicijs et diffamacõibus populi pronũciat immunem. Uita quippe sacerdotis populo in exemplum ꝓponitur: que lucerne cõparatur: ut quẽadmodũ lux lu-cet in tenebris: ita cõuersatio presbyteri fulgeat in turbis. Dicit em̄ in euãgelio dñs. Sic lux vestra corã hominibꝫ luceat: ut videant opa vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui est in celis. Tũc autem sacerdos digne deo

ambulat: quādo vitā suā bonis et sanctis operibus quo-
tidie exornat: et mēbra sua que sunt sup terrā pro christi
amore mortificat. Seruus nāqꝫ dñi est: hocqꝫ potissimū
ab eo exigitur: ut voluntatē dei verbis et factis operetur.
Nemo autē voluntatē dei pficit: nisi q̄ vicijs expulsis cor
suū habitaculū virtutū facit. Caue ne sponsam christi ec-
clesiā p vite turpitudinē macules: caue ne p malū exem-
plum aliquē scandalises: quia quotquot tuo vicio in pec-
catū duxeris: p tot in supplicio cruciaberis. Rarus videa
ris in publico: in domo assuesce consistere: et lectionibus
vacare. Esto mente et corpe quietus: noli p vicos et vici-
norū domos discurrere: noli fabulis rusticoꝝ interesse.
Minuit em̄ p̄sentia famā: et parit in populo nimia sacer
dotis familiaritas contemptū. Rarus autem egressus in
publicū: magnā tibi in plebe reuerentiā maturitatis ex-
hibebit. Ita viue: ut tuo exemplo edificētur multi. In me
dio senioꝝ pauca loquaris: qꝛ loquacitas sepe rephendi
tur: vbi taciturnitas laudatur. Eniuero inter senes iuue
nem audire decet. nō loqui. Nō appetas in sacerdotū col
legio videri sapiens: ne corā eis velut insipiens cōfunda-
ris. Non sis verbosus et arrogans: responde cū humilita
te et beniuolentia interrogatus: et ne fueris more rabulo
rū dum loqueris in voce clamosus. Risum excussum nō di
ligas: et ab om̄i leuitate inhonesta. te semp et vbiqꝫ cōser-
ues. Inutiles sermones et vana verba deuita: sciens de
om̄i verbo ocioso qđ loquutus fueris: deo te rationē fore
redditurū. Sit sermo tuus moderatus et parcus: longe
desit omne mendaciū: et ne frustra fiat iuramentū. Noli
tabernas cū rusticis ingredi: quia id tue non licet hone-
stati. Ualde nāqꝫ incongruū est: ut is qui peccatores de-
bet arguere: p suā p̄sentiā peccatis se patronū velut exhi-
bere. A sanctis em̄ patribus ingressus tabernarum sacer
dotibus interdicitur: nisi in itinere constituantur. Igno-
miniosum est sacerdotē dei cum rusticis tabernā ingredi:
et os quod deo consecratum est: impuris loquutionibus
fedari. Facile predicantis sermo cōtemnitur: si inter rusti

cos familiariter effundatur. Incipient te ex consuetudine familiaritatis contemnere: et quasi ex suis vnū estimare. Nulla em̄ reuerentia maioribus impenditur: si inter subditos eorum vita angustetur. Oportet eum qui presidet quadā reuerentia maturitatis omnes excellere: et nimiā subditorum familiaritatē sapienter declinare. Enimuero auctoritatis preminentia frangitur: dum subiectorꝫ actibus indiscrete cōmiscetur. Nulli detrahas: nec aduersus aliquem scandalū sumas. Turpe est sacerdoti linguā suā detractione polluere: que in altari constituta est. pro om̄ibus orare. Neqꝫ aurem prebeas detractoribus: quia detractor et libens auditor: pari cōdemnatione digni sunt. Alter enim diabolum portat in lingua: alter in aure. Discat qui huiusmodi est. non facile detrahere: cum te viderit inuitum audire. Nō sis citatus in lingua: et in consorcio detractorū ne steteris: quia omnipotenti deo odibiles sunt. Sepi aures tuas spinis: ne audias verba detractorum. Nullum ex ore tuo mendacium prodeat: sermo turpis ex te nō procedat: sed esto custos lingue tue: ne offendas in sermone. Nō sis accidiosus et piger: neqꝫ somno et inercie deditus: sed in feruore sancti spiritus iugiter accensus. Frugalitatem hospitalitatis nō negligas: pauperibus et peregrinis qua potes sedulitate misericorditer occurras: sciens hoc sacerdotis esse proprium: ut curam gerat egenorum. Aurum habeto non ut serues: sed ut in elemosinam pauperum eroges. Laudent te pauperum esurientium viscera: non diuitū ructuantiū conuiuia. Sit mensa tua cū pauperibus et egenis: qꝛ in talibus christus suscipitur: et curia celestis honoraꝰ. Cōuiuia diuitū superborꝫ. maxime potentiū deuita: in quibus de animarū salute nihil agitur: de spirituali cōuersatione nihil penitus tractatur. Vestitus tuus sit honestus. non preciosus. In faciendis elemosynis noli ab hominibus gloriam querere: sed a solo deo laudem et mercedem expectare. Esto pater pauperum: et tutor orphanorum.

Inconsolatus a te paup nullus abscedat. Nō sis pcussor neqȝ rixosus in populo: neminē iniuriose ledas: sed omnibus quantū p̄uales benefacito: etiā inimicis. Ne peccatores vnqȝ lactaueris: sed increpa tanqȝ auctoritatē a deo cōsequutus. Nō sis pcussor cōsciētiarū plebis tibi commisse: neqȝ verbū dei indiscrete proferas: sed cū moderamine pietatis. Penitentibus esto misericors: et calamū quassatū noli cōterere: sciens qꝫ infirmoꝝ curā susceperis nō fortiū. Melius est eñ penitentē cū pietate ad purgatoriū mittere: qȝ austeritate cōfessoris desperantē ad infernū destinare. Horas tuas canonicas cū reuerentia et deuotione cōstitutis ab ecclesia temporibus orare nō negligis. Horas quoqȝ beate marie semp virginis. vigilias defunctoꝝ. cum ceteris ex ordine sacerdotali debitis: legere nō obmittas. Domus tue curā habe cū timore dei: familiā si habueris modestiā et honestatē seruare verbo psuade et exemplo. Enīuero sacerdotis opinionē ledit in plebe: quando de domesticis eius male loquitur populus. Sermo tuus testimonio roboretᷓ scripturarū: qꝛ quicqd p̄ter scripturas sanctas p̄cipitur: eadē facilitate cōtemnitur qua ꝓbatur. Nolo te imitari eos q̄ sine eruditione in ecclesia p̄dicant: qui fabulas et somnioꝝ fantasmata crebro allegant: et misteria diuinarū scripturarū ignorant. Rabuli garruliqȝ sacerdotes: sine ratione loquentes. populū nō edificant: sed vanis sermonibus ac fabulis esopianis in admirationē sui trahere laborāt. Stulta eñ et damnabilis abusio est: obmissis scripturis et euangelio: populū christianū. esopi fabulas docere. et gesta conficta romanoꝝ. Nec mireris si populus imperitus ista libentius audit qȝ scripturas: cū hoc legas p̄dixisse apostolū. Erit inquit tempus cū sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidē auditū auertent: ad fabulas autē cōuertentur. Hinc hieronymus ait. Voluere verba et celeritate dicendi apud imperitū vulgus admirationē sui facere: indoctoꝝ hominū est. Attrita frons interpre

tatur sepe qđ nescit: et cũ aliis suaserit: sibi quoq; vsurpat scientiã quã non habet. Nihil tam facile q̃z vilem plebe-culã et indoctã contionẽ lingue volubilitate decipere: que quicq̃d nõ intelligit plus admiratur. Tu autẽ loquere que decent sanã doctrinã: et imperitorũ aplausum noli que-rere: si locũ inter doctos cupis inuenire. Curã animarũ imprudenter noli concupiscere: nisi prius et te et alios se-cundũ ecclesiasticã sanctionẽ iuste didiceris gubernare. Magisteriũ etẽi populi multis periculis subiicitur: et quotidianis angustiis tribulatur. Oportet eñ rectorẽ ani-marũ sine crimine esse. sicut dei dispensatorem: nõ super-bum. non iracundũ. non vinolentũ. nõ pcussorem. nõ tur-pis lucri cupidũ: sed hospitalem. benignũ. sobrium. iustũ. sanctũ. continentẽ: amplectentẽ eum qui secundũ doctri-nam est fidelem sermonẽ: ut potens sit exhortari in doctri-na sana: et eos q̃ cõtradicũt arguere. Oportet eũ q̃ rector animarũ cõstitutus est: non minus exemplo docere q̃z ser-mone. Accusare quidẽ auariciã et latro potest: emendare vero nõ nisi qui facit qđ docet. Delicatus magister est: q̃ pleno ventre de ieiunio disputat. Prius ergo vita requi-renda est q̃z doctrina: qꝛ plenius ope docetur q̃z sermone. Excellentissimũ nãq; docendi genus est: demõstratio ex-empli. Et dñs quidem iesus prius fecit: postea docuit. Maxima eñ auctoritate in docendo vtitur: cuius sermo attestatione operis comprobat᷑. Facile a subditis sermo rectoris pcipitur: si morũ honestate fulciatur. Qui autẽ bene docens male viuit: ꝓprii se oris sententia perimit: et a mala institucõne subiectos nõ cõuertit. Simul attẽde q̃z periculosa sit cura aĩaꝝ. maxime his tpibus: quãdo vbiq; abundat iniquitas: et charitas multorũ refriguit. Dies eñ mali sunt: et homines ad iusticiã tardi: totusq; mun-dus in maligno positus: et rara fides in terra. Inter hec verbũ dei a populo despicitur: christiane religionis insti-tutio negligitur: auctoritas sacerdotalis cõtemnit᷑. Uita laicalis mľtis pccĩs ⁊ scelerib; obnoxia: penitẽtie remedia negligit: dolis ⁊ fraudib; intẽdit: monita sacerdotũ cõtẽnit

Et nisi rector animarũ. populo sibi cõmisso scelera eorũ. et debitas peccatoribus penas sollicite annũciauerit: coram deo etiã sanguinis eorum reus erit. Et post hec adducet deus cũcta in iudiciũ: vbi pastor animarũ pro singulis rationẽ reddere cogitur: et si negligens in hoc mũdo exiuit. grauius damnatur. Tucius ergo est curã et regimen animarũ humiliter fugere: q̃z arrogãter vsurpare. Si eñi vnusquisq3 in illo tremendo iudicio. rationem de sua vita reddere vix sufficit: quomodo pro tot milibus sibi cõmissis respondebit? O q̃z bene viuit: qui sibi viuit. Bonũ iocundũq3 videtur apud hoĩes. ep̃m. abbatẽ. pastorẽ. vel quẽlibet p̃latũ. in hoc seculo viuere: sed q̃z terribilis sit exitus negligentis. q̃s sufficiet cogitare? Etenĩ iudiciũ durissimũ fiet in eos qui presunt: et potentes potenter tormẽta patientur. Bene trãsit. qui simpliciter viuit: cui nihil terreni honoris cõmittitur: cui animarũ cura nulla cõmendatur. Cura etenĩ pastoralis nunq̃z est sine periculo: q̃zdiu viuitur in hoc mũdo. Omniũ quoq3 periculorũ maximũ est: cũ separata per mortẽ a corpore aĩa. summo pastori deo pastor terrenus ad rationẽ ponendã fuerit p̃sentandus. Hic iam articulus vltime damnacõnis imminet: vbi ratio villicationis male dispensate exigitur: et sanguis ouiũ multarũ de vnius pastoris manu requiritur. Quid tunc pastor imperitus respondere ad obiecta poterit: q̃ in cura ouium negligens fuit? Obmutescat necesse est: q2 q̃d respondeat nõ habet. Si ergo frater ad curã animarũ te idoneũ existimas: si ecclesiã mernicensem regere paras: scito te pro his adducendũ in iudiciũ: et pro vite merito gloriã suscepturũ vel tormentũ. Sed crede mihi securus moritur: qui obmissis aliorum curis. sibi soli in dei timore cõuersatur. Cui eñi multũ cõmittitur: etiã multum ab eo exigetur. Sacerdos maxime curã habens animarũ. dei preco est: ut populo voluntatẽ omĩpotentis nũciet: et peccãtes in lege dñi per increpacõnis verba curet. Oportet ergo ut doctus et cõstantissimus sit: ne aut per ignorantiã defluat: aut per inconstantiã odia puersorum pertimescat. Turpe

est em̄ ꝓpter metū populi: tacere sermones dei. Modico
vino sacerdoti vtendū est: ne si potacōnibus vacat: oppro
briū in populo fiat. Uinolentos em̄ sacerdotes et aplūs
damnat: et ab accessu altaris. vetus lex ꝓhibet. In aga-
thensi quoqꝫ cōsilio ita legitur. Ante om̄ia a clericis vite-
tur ebrietas: que oīm viciorꝫ fomes ac nutrix est. Itaqꝫ eū
quē ebriosum fuisse cōstiterit. ut ordo patitur: aut triginta
dierū spacio a cōmunione submoueatur: aut corꝑali sub-
datur supplicio. Luxuriosa em̄ res est vinū. et cōtumelio-
sa ebrietas: om̄is qui miscetur his. non erit sapiens. Qui
absqꝫ vino ardet. ardore adolescentie. et inflāmatur calore
sanguinis. et valido est corpore: vinū ut venenū fugiat: ne
multiplici incendio suffocatus in scenum luxurie cadat.
Stomachus vino estuās libidinē cōcitat: sensum ebetat:
caput et totū corpus debilitat. Prouerbio quoqꝫ dicitur
Pinguis venter gignit sensum tenuem. Cū ergo ad cōui
uia sacerdotū vocatus accedis: nō obliuiscaris honesta-
tis clericalis: sed modestū et cōtinentē te in om̄ibus exhi
beas: et caue ne aut linguā aut aures habeas prurientes
id est ne aut ipē detrahas. aut detrahentibꝫ auditū accō-
modes. Scito qꝛ cūcta que de aliis loqueris in temetipm
retorquenda sunt: et in hisipīs forte depħendendus eris:
que in aliis arguebas. Sed forsitan dices. Referentibus
iniuriā facere nō possum: qꝛ inuanū nititur: quisqꝫ oīm ob
struere labia meditatꝛ. Quid ergo aliorꝫ detractio ad me?
Nūqd ego ꝓhibere hoīes possū ne loquātur? Sed quē-
admodū superius dixim⁹. ita te corā detractore exhibeas:
ut discat nulli detrahere: cū te viderit nō libenter que lo-
quitꝛ audire. Cū detractoribus ait salomon. ne cōmiscea-
ris: qm̄ repente veniet ꝑditio eorꝫ. Et ruinā vtriusqꝫ quis
nouit? Tam illius videlicet q detrahit: qꝫ eius qui aurē
accōmodat detrahenti. Esto moribus ⁊ cōuersatione ma
turus: verbis rarus et prouidus: silencio et taciturnitate
discretus. In ꝑscrutandis misteriis scripturarum sedulus
esto: et si qd dubietatis tibi legenti occurrerit: ad interp-
tacōnes seniorꝫ noueris referendū. Habes in vicino anti-

quissime vrbis treuerorꝝ gymnasium in quo copia docto rum est: ad quos in questionū ambiguitate poteris ha bere recursum. Neqꝫ aurū tibi charius sit qꝫ scientia: quia sapientie fructus eternus est: vsus vero diuitiarū breuis et momentaneus. Nemo sit qui salutare studiū ꝓhibeat: non mater. nō frater. nō cognatus. nō soror: tu fac opus euāgeliste: disce qđ doceas: ne pastor et ydolum existas. Unus es et secundū nō habes: cui ergo diuicias thesau rizares? Uiue temperate: nupcias. et cōuiuia immode rata ne visites: qr et mentē virtutibus exuūt: et bursam nī mis vacuā reddūt. Cōpara tibi de oblatis elemosynis di uine scripture codices: quarū assidua lectione doctus. po pulū cōmissum digne possis instruere: et temetipm ꝑ con templationē ad celestia eleuare. Ama scientiā scripturaꝝ: et corā deo et hoībus exaltabit te. Noli cōsentire volupta tibus carnis: impetū furoris reprime: et mortis ne vnqꝫ obliuiscaris.

Qualis debeat esse sacerdos in conuersatione interna. Cap. vij.

Quoniam vero non sufficit ministro christi ho nestam corā hoībus cōuersationē ducere: nisi corā deo ab omī scelere mundus studeat apꝑa rere: exhortor te ut cor tuū in timore omīpo tentis dirigas: et nullas vnqꝫ contra deū cogitacōnes ad mittas. Oportet eīm sacerdotē dei sanctū esse mente et cor pore: et mundū in cogitacōne. Hinc dñs dicit. Sancti estote. quoniā ego sanctus sum: dñs deus vester. qui san ctifico vos. Et petrus archiapostolus dicit. Uos genus electum. regale sacerdociū: gens sancta. populus acquisi cōnis: ut virtutes annuncietis eius. qui de tenebris vos vocauit: in ammirabile lumen suum. Primum in corde tuo locum charitas obtineat: que plenitudo legis est: et consummatio prophetarum. Omniū eīm virtutū maxima est charitas: que in dilectione dei et proximi consistit.

Deus autẽ ex toto corde ꝓpter se diligendus est: et proxi
mus ꝓpter deũ. Nemo autẽ veraciter deũ diligit: si in fi-
de proximũ odit. Christus em̃ deus et homo est. Totũ
ergo christũ nõ diligit: q̃ hominẽ odit. Nullũ opus bonũ
deus accipit: nisi qđ flãma charitatis in ara cordis ac-
cendit. Charitas em̃ virtutũ omniũ obtinet principatũ.
Hanc humilitas sequitur: que virtutũ custos memora-
tur. Huius tanta est eminentia virtutis: ut oĩs alia cito
pereat: nisi humilitatis fundamento roboretur. Dicit em̃
sanctus papa gregorius. Qui sine humilitate virtutes cõ
gregat: quasi puluerẽ in ventũ portat. Unde em̃ ferre ali
quid cernitur: inde grauius cecatur. Maximũ ergo sa-
cerdotis ornamentũ charitas est: et preciosissimũ in veste
illius margaritũ humilitas. Tu quoqꝫ frater has gemi-
nas in te ꝟtutes exprime: et fructuosus in ecclesia dei p̃di
cator eris. Quicq̃d dixeris. facile ꝑsuadebis auditoribus:
si charitatẽ et humilitatẽ habeas in corde: seduloqꝫ de-
monstres in ope. Locũ nõ habeat in corde tuo maledi-
cta ambitio: que adeo mentẽ quã semel inuaserit excecat:
ut dei salutisqꝫ ꝓprie obliuionẽ inducat. Esto christianus
amator hominũ: et hostis viciorũ. Serua mãdata dei:
et ecclesiasticas sanctiones noli negligere. Honora oĩes
homines ꝓpter deũ: et neminẽ vnq̃ꝫ duxeris cõtemnendũ
Quod tibi fieri nõ vis: alteri ne feceris. Sol nõ occidat
sup iracundiã tuã. Diuitũ adulacões fugito: et peccato
res ne aliquando palpaueris. Abnega temetip̃m deside-
rijs tuis: ut discipulus christi efficiaris. Castiga corpus
tuũ iuxta apostolũ in seruitutẽ redigens: delicias sperne:
castũ ama ieiuniũ. Pius esto in paupes: esurientẽ ciba.
nudum vesti: infirmum visita. captiuum libera: consolare
tristem: sepeli mortuum. Mundũ noli diligere: diuicias
noli querere: post vanitatẽ noli currere. Nemo em̃ mili-
tans deo. negocijs secularibus se implicat. Nemini fece-
ris iniuriam: sed disce patienter ferre illatã: exemplo dñi
tui. qui pendens in cruce. ꝓ ꝑsequutoribus suis exorauit:
ut non perirent. Pacem cũ oĩbus hominibus habeas:

concordiam et vnanimitatē dūtaxat cū deuotis. Nō sis
superbus et arrogans: non somnolentus et piger: nō vi-
nolentus. et multum edax: non obloquutor. et temerarie
quemcꝫ iudicans. Custodi actus tuus omi hora: et me
moria futuroꝝ in cogitacōne tua semꝑ versetur. Dicit em̄
scriptura. Fili. memorare nouissima tua: et ineternū non
peccabis. Semꝑ em̄ moriturū te cogita: diem iudicij ti-
me: inferni tormenta expauesce. Si hec feceris: omnes
temptationes carnis facile superabis. Sperne volupta-
tes mundi: ut ad supne felicitatis gaudia valeas introire
gaudens. Noli decipere animā tuā: nemo potest hic gau-
dere cū mūdo: et postea regnare cū christo. Per multas
etenim tribulacōnes oportet nos intrare in regnum dei.
Spretis itaqꝫ p̄sentibus: omni desiderio ad eterna gau
dia festinemus. Omni custodia serua cor tuū: quoniam
ex ipo vita procedit. Si aliquo delicto p̄occupatus fue-
ris. non tardes penitentie remedia querere: et ꝑ verā con
tritionē te in confessione expurgare. Contende ꝑ angustā
viam ad vitā ingredi: hoc est carnis desideria nō ꝑficere.
mundū odire: spiritu viuere. Ad militandū deo cōtra vi-
cia carnis vocatus es: noli ante victoriā quiescere: noli a
pugna desistere: qꝛ nemo coronabitur nisi victor. In hac
autē vita non est certa victoria: sed continua pugna. Qui
ꝑseuerauerit vsqꝫ in finem: saluus erit. In fine suo cōpro-
babitur vir. Milicia est vita hoīs sup terrā. Miles enim
summi regis es: non licet tibi agonē illius deserere. Bo-
nus miles: regem suum quocūqꝫ ierit sequitur. Ubi ergo
est rex tuus? In celo. Cur illū non sequeris? Quid facis
in terra: si miles es regis superni celestis? Quare domi-
num tuū non sequeris? Ipē em̄ dicit. Qui mihi mistrat.
me sequatur: et vbi sum ego. illic et mīster meus erit. Se
quatur inquit. non gressibus pedū: sed passibus affectio-
num. Apostolus quoqꝫ dicit. Nemo militans deo impli-
cat se negocijs secularibus: ut ei placeat cui se probauit.
Sicut ergo qui militant regi terreno. om̄ibus iussis obe
diūt. et quocūqꝫ mittūtur parati et prompti sunt. nulla se

vxoris vel liberorū gratia excusantes: ita militem christi mandatis eius in omnibus oportet obedire: et in nullo penitus se excusare. Tu ergo qui coronā immarcessibilē victorie expectas. labora sicut bonus miles iesu christi: nulla terrene sollicitudinis cura aggrauet: nulla carnee voluptatis mentē illecebra tangat. Nihil enim christi milite felicius: cui promittūtur regna celorum: nihil laboriosius qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius qui vincit diabolum: nihil imbecillius qui carne superatur. Non te domus auocet: non parentela impediat: nō caro cōstringat. Uolo te sine sollicitudine esse: ut libere cogites que dei sunt. Nudus et expeditus ad celū vola: quia nudum te mater genuit: nudū terra suscipiet. Ama qđ nō pdas: contemne qđ tenere non puales: quere quo in eternū feliciter gaudeas. Ita viue: ut mori non timeas. Bona cōscientia mortē nō metuit: quia p illam se ad eterna celestis patrie gaudia venturā esse cognoscit. Habes nunc amantissime frater quod a me postulasti: habes aliqualē bone cōuersationis formulā cui imprimaris: habes sancte exhortacōnis normā ad quam sedulo possis habere recursum. Feci quod potui: non quantū volui. De reliquo viue secundū euangeliū et cōstitutiones sanctoꝝ patrū: in quibus omnis pfectionis christiane forma conspicitur. Uale memor nostri. Ex spanhem kalendas aprilis. Anno. M.cccc.lxxxvi.

Explicit libellus dñi Joannis tritemij abbatis spanhemensis: de vita sacerdotū.